



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Quo modo partum impediunt, vel natis iam noceant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Vide Henric.  
lib. 2. de ma-  
trim. cap. 8. c.  
laudabilem.  
de frige &  
malef.

Ioan. Nider  
lib. vi. For-  
mis. cap. 3.

hil dicam, de quo non solum Theologi multa tradunt, sed etiam Ecclesie praxis testatur, quae sic affectos post triennij experientiam irritam, & adjuncta septem testium juratorum manu, separare consuevit. Quin veteres Rabbinj tradiderunt, à Chamotali damno Noëmum fuisse multatum; quo ne concipiatur fetus, malefici laborant. Postquam verò iam conceptus est, antè, quàm nascatur, iam insidias habet; nec insidias tantum, sed non rarò per procuratam abortionem destruitur. In oppido Boltin-gen, inquit Ioan. Nider, *Lansanensis diocesis*, quidam dictu Stadelin, grandis maleficus, captus per prefatum Petrum Iudicem loci, qui fatebatur, se in certa domo, ubi vir & uxor simul manebant, per sua maleficia successivè in utero uxoris prefata septem circiter infantes occidisse, ita ut semper abortum faceret in femina annis multis. Simile fecit in eadem domo omnibus pecoribus factis quorum nullum vivum partum edidit in eisdem annis, prout rei eventus probavit. Cum autem antedictus nequam questionaretur, an in his, & qualiter reus esset, facinus aperuit, dicens: Subter limen ostij domus se lacertam posuisse, & si amoveretur, fecunditatem inhabitantibus restituendam pradi-xit. Cum autem serpens ille quaereretur sublimine, nec inveniretur, quia in pulverem fortassis redactus erat, pulveres seu terram desubter positam asportabant, & in eodè anno uxori, & omnibus jumentis domus fecunditas restituta est. Prefato autem torto, non sponte fatebatur, & demum per pradietum iudicem ignibus traditus est. Vbi homo tutus est, si patitur insidias in utero matris? Quanta cacodemonum malitia est, si ipsi naturæ praescriptos terminos invident, & interrumpunt? si inde infantes expellunt, ubi prima originis possessionem eis Deus tradidit, & antè eos occidunt, quàm corpus perfectum accipiant, quo eos vivere oporteret?

V.

Apul. de asin.  
aur.

Neque immaturo dumtaxat partu promotò, causa sunt abortionis, sed subinde etiam in contrarium cum tempus est pariendi, partum impediunt, ne prodeat, sed in utero detinent, cum ingenti matris cruciatu. Quod genus vexandi apud Ma-daurensem Philosophum legitur. Eadem amatoris sui uxorem, quòd in eam dicaculè probrum dixerat, iam in sarcinam pragnationis, obsepto utero & repugnato foetu, perpetua pragnatione damnavit. *Ve cuncti numerant, octo annorum misella illa onere, velut elephantum paritum.*

paritura, disceditur. Quin ut partum antecedere, comitari, & sublequi pericula sciamus; postquam in lucem prodijt infans, sæpe in matre plectitur, privatione exsiccationeque lactis. Nam & homines, & jumenta hoc damno afficiunt. Biebrana Laudunensis saga solis minis vbera vicinæ mulieris sic exsiccavit, ut ad obitum usque sagæ, quamvis multos peperit, lacte semper caruerit. Aliæ herbis, verbis, vel solo attactu lacte priuant homines & jumenta. Sprengerii verba sunt: *Quadam, ait, nocturnis temporibus & sacratoriis, ut q, ex inductione diaboli, ob offensam divinæ maiestatis maiorem, in quocumq, angulo domus suæ se collocant, & circum inter crura habentes, & dum cultrum, vel aliquod instrumentum in parietem, vel columnam insigunt, & manus ad mulgendum apponunt, tunc suum diabolum, qui semper eis ad omnia cooperatur, invocant, & quod de tali vacca, ex tali domo, qua senior, & qua magis lacte abundat, mulgere affectat, proponit, tunc subito diabolus ex mamellis illius vacca lac recipit, & ad locum, ubi malefica residet, & quasi de illo instrumento suat, reponit. Sic multa damna opere vno inferuntur. Fit furum, vexatur dominus; fœtus spoliatur alimento, affliguntur parentes;*

*Et succus pecori, & lac subducitur ignis.*

Quin inter ipsos coniuges vel odia, vel ipurij amores faciunt, ut sele mutuo coniugij inutiles reddant, atque ita prætextum habeant diuertendi. *Nōrunt mecum, inquit Martinus Delrio, multi, Comitæ filium, qui ante annos ferme nonemdecim, Luxenburgii in urinalacerulas satis magnas eiciebat, quod etsi plerique uxoris eius adultera (quam & occidi per sicarium ille postea iussit) veneficio tribuerent, potuit tamen naturaliter contingere, ex humorum corruptione, & renum vitio. Mulier illa Caluina secta erat addicta, & Ministro familiarior quam oportebat, idcirco nec a moribus, nec ab instituto aliena fuit vulgi suspicio.*

Quis ob hæc talia veneficos non damnet, veneficia non execretur? Omnino & artes pariter, & artifices sunt execrandi. Et tamen si vsquam est locus inter sacrum & saxum standi, hic est: quia & offendere magos, est crabrones irritare. *Honestæ quædam persona, ait Sprengerus, & vni ex familiaribus archiducis matri*

*monio copulata, in presentia Notarij & c. secundam formam iuris deposuit,*

Virgil. Eclog. 3.

VI.

Mart. Delri. lib. 3. disq. Magic. p. 1. q. 14. lect. 6.

VII.

Sprengerus part. 2. malic. q. 1. cap. 12.